

si unum ex hiſce requisitis defuerit , ad pœnam mortis deveniri non poteſt.

Quamvis tamen & Jndex tutius fecerit , ſi furi impuberi pœnam mitiorem irroget, quàm gravius in eum animadvertat. Vide Carpzov. *part. 3. q. 143. n. 52. & ſeqq. f. 358. Pr. Crim.*

(e) Aliàs pœna in tali caſu eſt fuſtigatio : quæ tamen nonnunquam furi impuberi remitti, & loco iſtius caſtigatio virgarum non quidem à carnifice, ſed aliis quibusdam miniſtris publicis in carcere peragenda ſurrogari ſolet, adhibita comminatione pœnæ ſeverioris, ſi iterum furari incipiat, niſi aliæ circumſtantiæ vel fuſtigationem cum relegatione, vel pœnam ſuspendii ſvadeant. Vide Carpz. *part. 1. q. 82. n. 13. & ſeqq. f. 262. & ſeqq. Prax. Crim.* Confer etiam quæ habet Mauritius *de in Integr. reſtitut. cap. 153. f. 95.* Berlich. *part. 5. Concl. 44. num. 37. f. 66. & ſeqq.* Cruſius. *part. 1. c. 27. num. 4. pag. 133. & ſeqq. de Indic. delictor.* Et inſigne conſilium Juris , quod Tabor. *in ſuis Racemation.* habet , à pag. 526. *uſque ad pag. 536.*

ARTIC. CLXV.

Expilatae hæreditatis, & rerum amotarum pœna.

So einer etwas heimlich nimmt von Gütern / deren er ein nechſter Erbe iſt.

So einer aus Leichtfertigkeit / oder Unverſtand etwas heimlich ſnehme von Gütern / der er ſonſt ein nächſter Erb iſt / oder ſo ſich dergleichen zwifchen Mann und Weib begeben / und ein Theil den andern derhalben anklagen würde / Sollen Richter und Urtheiler mit Entdeckung aller Umſtände bey den Rechtsverſtändigen / und an Orten und Enden / wie zu End dieſer unſer Ordnung angezeigt / Rathſ pflegen / auch erfahren / was in ſolchen Fällen das gemeine Recht ſey / und ſich darnach halten. Doch ſoll die Oberkeit / oder Richter in dieſen Fällen von Amptswegen nicht klagen / noch ſtraffen.

AD